

Quid profitemur in symbolo  
de incarnatione Christi?

Conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.

Cur mediatorem congruebat Deum et hominem esse?

Prima causa est, quia<sup>n</sup> genus huma-[63:]num peccauerat, congruebat ordini iusticiae, vt alius in genere humano poenam solueret, quae esset premium pro peccatis. Ideo Filius intercessor assumpsit humanam naturam. Secunda causa: Nulla creata potentia sola potuisset sustinere iram Dei et in tanta magnitudine dolorum Deo vere tribuere laudem iusticiae. Necesse est autem in poena, quae debet esse placatio, punienti tribui laudem iusticiae. Est ergo mediator etiam Deus. Tertia causa peccati infinita malicia est, vt igitur esset premium infinitae bonitatis et aequivalens. Etiam ideo mediator Deus<sup>o</sup> est.

<sup>p</sup>Haec uerba arrosa a lenensibus<sup>103</sup> extant expresse in Enarratione epistolae ad Romanos cap. 3 tomo operum Philippi 4, pag. 88.<sup>104</sup>

<sup>q</sup>Haec clausula de distinctis proprietatibus et actionibus naturarum in Christo arrosa a Chemicio<sup>106</sup> et theologis in ducatu Luneburgensi<sup>107</sup> extat in Enarratione epistolae ad Romanos cap. 3. Tom. operum Philippi 4, pagina 88. Item 327.

Quarta: Creatura non est viuificantrix, sed vt Ioh. 1 scriptum est: „In ipso erat vita.“<sup>105</sup> Ideo hic redemptor Deus est, vt vincat mortem et restituat vitam. Nam vt initio in creatione λόγος fuit viuificator, ita et nunc credentes ei inserti rursus per eum viuificantur. Quinta: Hic mediator aßidue interpellat pro ecclesia et semper et vbique adest ecclesiae eamque seruat et protegit, quae beneficia, etsi flunt a Filio in natura assumpta et toti

---

<sup>n</sup> cum: E.

<sup>o</sup> Nicht in D.

<sup>p</sup> Marginalie nur in F, G.

<sup>q</sup> Marginalie nur in F, G.

<sup>103</sup> Vgl. die „Warnung vor dem unreinen Catechismo“, D 3v–4r, unsere Ausgabe, Nr. 5: Warnung vor dem unreinen Catechismo (1571), 348.

<sup>104</sup> Vgl. Philipp Melanchthon, Enarratio epistolae Pauli ad Romanos (1556), in: CR 15, 871. Die Seitenzählung bezieht sich auf die zeitgenössische Ausgabe OPERVM REVERENDI VIRI PHILIPPI MELANTHONIS, PARS QVARTA [...], Wittenberg 1564 (VD 16 M 2335), 88.

<sup>105</sup> Joh 1,4.

<sup>106</sup> Vgl. die „Treuhertzige Warnung“, B 2v–3r, unsere Ausgabe, Nr. 3: Treuhertzige Warnung (1571), 301.

<sup>107</sup> Vgl. das BEDENCKEN oder Censura der Theologen im Fürstenthumb Lüneburg / von dem Newen Wittenbergischen Catechismo, Jena 1571 (VD 16 B 1460), A 4v–B 1v.